rentini populi obtinet

L. publicorum munerum
participes efficitur

Ter in decemviratu
florentino.

nri temporis: s̄ cūctoz ppe antiquoz clarissimuz
haberetur nō min⁹ prudentia ac cōsilio: q̄ sua rec-
dibili eloquentia hanc nram civitate: quā ut supra
diximus, p̄ciam sibi suam delegerat: ab acerrimis
et oppugnantibz hostibz, et fortissime defendit:
et sapientissime cōsuevit. Quoties n. de rem nre
ad curā belligerēdi creabat: toties modo nescio
quo res. p. quasi divinitus augetur ex magnis
et eminentibz periculis eripiebatur. Nam cū fr̄nciscus
sfortia universi exercitus ductor iam admodū ad-
versus venetos indignaret q̄ sibi padum transire
nolenti, ab eis stipendia nō soluerent, ac p̄p̄a cum
phillippo maria mediolanensi reconciliari conaretur:
florentini quo se uerteret nescientes: oratores
suos illis venetos miserūt. ubi aliq̄t mōs frustra
cōmorati, post q̄ re ista ista florentia redierūt:
florentini eam reconciliatōne interī utriq̄ tractatam
ac tandem cōclusam: necessitate cogete seruti sunt.
Vnde pirininus q̄ ex gallia cisalpina cū aliq̄t equū
peditūq̄ milibz iam ad for̄ popily p̄flaminia uenerat:
huiusmodi reconciliatōne audita, nō cūctādū cō-
tus: statim incredibili celeritate cū oibz copiis i gallia
reuertit. venetosq̄ aggressus: multa eoz oppida
faciliter expugnauit. Quo circa veneti ubi de
oportunitē eoz remedij crebrim⁹ ac diutius ageret:
tandem societatem nostrā quā paulo ante spre-
uissim⁹ uidebant: maturo cōsilio rep̄tem deuen-
erunt. Hac igit̄ ip̄e dissolute cōfederatōnis rep̄es-
tate, primo in deueniētu unā cū qb̄dam alijs
nre civitatis p̄gregijs civibz creatus ē. In quo qd

Franciscus sfortia

phillippus maria
medio. Dux

Veneti parvipēdūt
societate florent.

↳ deuenit creatus

franciscus Sfortia

magistratu cum res venetorum pluribus oppidis amissis iam
satis periclitaretur: rursus cum utraqueque partium consensu
societas non multo ante scissa resumitur. Itaque per hunc
modum inita de novo societate: franciscus exercitus ductor
cum magnis equitum pedumque copiis, florentinorum opera
ad opitulandum venetis celeriter transmissus: eorum res
labantes ac iam prope deletas, mirabiliter restituit. Nam
inter cetera gloriosa eius gesta, Veronam urbem iam
ab hostibus captam: hac sua profectio, cum magna eorum
Araque recuperavit: et hostes insuper ipsos a venetorum rer-
um viribus propulsavit. Proxima deinde estate utique in
eodem magistratu bonis omnibus refectus ita se gessit: ut
philippi duris copiis nobis ob inita cum venetis societate
supra se dici potest infens: longe a finibus nostris
arceverit: atque totum in gallia bellum gereret. Tertio
deinceps anno, picininus gallia in medio galli bellum
furore relata: cum magnis suorum copiis et cum quibusdam
exulibus nostris in struviam venit. Vbi cum apennino trans-
misso in agrum mugellanum descendisset: et circa nullis
repugnantibus passim popularetur: tantum omnibus terrorem incussit:
ut plerisque civibus vix intra urbis moenia se posse pro magna
formidine continere auderent. Attonita ergo per hunc
modum civitate: atque in maximo discrimine ob re-
petinas hostium incursiones constituta: rursus vir sapi-
entissimus, florentini populi decreto, decem viri cum alijs
praestantissimis civibus creatus est. neque enim tunc maxima
ac pene reuicibus nostris impendentia pericula, mediocres
hostes deprecabant. Vbi non magnanimi viri et alti-
quidem consilij ad curam belli gerendi creati sunt: ple-
risque copiis in gallia ad reliquias galliae expeditionis

picininus.

steru decem vir.

persequendas dimissis et exinde pauci et multa
aliunde equitum auxilia procurabant. Unde missis
hinc inde ad conducendos milites petunijs: post duos
circa menses: partim ex gallia: partim ex agro pi-
ceno: partim et ex flaminia: florentinis plura
equitum auxilia oportuno tempore superuenierunt.
piccininus quippe in expugnandis pluribus oppidis
nostris: tantumdem pene temporis contulerat: et
circa siluosa castentini loca hinc inde populibum-
dus uagabatur. Ex quo quod factum est: ut uno et
eodem iunij mense copijs ad sufficientiam in gal-
lia relictis: et attente accitis ad comprimendos
hostiles impetus in curuam undique eque: mirabile
dictu: et hostes in gallia plio uicti superarentur:
et piccininus et amissis pene omnibus suis ita prope
anglare oppidum profugerent: ut uix cum pau-
cis euadendi gratia burgum ingrederentur. quos si non
parua ut debebant uictoria illis accessissent:
ipse cum reliquis omnibus haud dubie caperetur. Nam
et ex hostium eque pauci admodum euaserant:
et omnia quoque que in hostilibus castris fuerant: ad
nostris deuenerant: et burgenses et supra mille
ducentos homines in prelio capti apud uictores te-
nebantur: et omnia denique aduersarios ducum ue-
xilla suscepta erant. Hac itaque florentini uictoria
habita: bibena et romena ac cetera oppida prius
amissa faciliter recuperant: et pupium insuper
cum omnibus castellis que prius comitum fuerant:
in eorum ditione redegerunt: ac totum preterea rimen-
tinum potestati imperioque suo in hoc frusto ac felici

Florētinorū victo-
ria

de temeritate ita prospere subiecerunt: ut ex tribulatio-
tissima tempestate qua creanti fuerant: magna
et gloriosam victoriam reportarent. Cum igitur
de domesticis eius moribus, et qualis et in nostra
re. p. fuerit, pauca quaedam et multis memoratu
dignis ut ab initio promissimus, breuiter pertrac-
tarimus: reliquum est ut de bonarum artium studiis
deinceps absoluerimus. In quo quod si forte ueneratio-
nibus uirum paulo Longiorum uideremur quod breui-
tas temporis et huiusmodi celeberrimi fune-
ris solennitas pateretur: date quodsumus nobis hanc
ueniam: ut de omni doctrinarum suarum quae ora-
torio more parum prosequamur. ne uos ex nimia
orationis breuitate certa quadam admirabilium
uirtutum cognitione fraudaremini: et ipse quoque
propriis ac funebribus laudibus priuaretis. Quanta fue-
rit in hoc generoso doctorum hominum atque romanorum eloquen-
tie splendore, ut a grammaticis ordinarum, poetarum
pertractatio? Quanta historiarum cognitio? Quae integra
et quae incorrupta uerborum interpretatio? Quanta Latinae
Latinarum et graecarum eruditio? facilius mentibus
nostris exoritur: quae uerbis exprimere possumus.
Quantum illis deinde cum exoritur, tum dispen-
dit et exornandis rebus in hac ipsa dicendi facultate
excelluerit: ex multis ac uariis scriptorum suorum
uoluminibus evidentissime demonstrant. Quantum
denique in morali philosophia ualuerit: ex pluribus
platonis et aristotelis ceterorumque philosophorum:
paucis cunctorum dixerim principum translationibus
ita manifestum est: ut luce clarius appareat

Eloquētia

philosophia

uidentur. Omnia namq[ue] commemorata partiu[m] studia
animo animo suo non solum nostra atque domestica:
sed graeca et ac peregrina tenebat. Admirabilis i[n] eo
erant memoria poetar[um] pindari, aristophanis, euri-
pudis, hesiodi, homeri, cetero[rum]q[ue] graecor[um] (ut n[ostros]
omittamus) quos omnes ita familiarissimos habebat:
quasi ip[s]e propria eor[um] poemata co[n]ferisset. Admira-
bilior et historiar[um] recordatio Tucididis: ne forte
de latinis d[icitur]at historicos a nobis dicta fuisse
intelligeretur, quos no[n] senu[m] memoriter carpebat:
et si ip[s]e illor[um] rer[um] gestar[um] scriptor extitisset. Tuchi-
didis inq[ue] et Herodoti ac Diodori et Polibij, alio[rum]q[ue]
multo[rum]. Admirabilissima insup[er] uet[er]o[rum] oratorum
ex acta quaedam peritia et certissima eor[um] atque
expressissima imitatio. Missum fuit Ciceronem
nost[rum]: cuius usq[ue] adeo uerax imitator fuisse cre-
debatur: ut ip[s]m imitacione sua, quotienscunq[ue]
uoluisset: pene ad unguem expressisse putaret.
Eschinem quoq[ue] ac hyperat[em] Lysiamq[ue] et demos-
thenem graecor[um] orato[rum] principes generos[us] admo-
dum imitabatur. Ingens deniq[ue] p[re]dicto[rum] philosopho-
rum i[n] eo ip[s]o i[n]telligentia uigebat. atq[ue] haec omnia
noua quaedam graece lingue recuperacione que
per septingentos circiter annos longe ut supra di-
ximus ab Italia exulauerat: no[n] sine magna cuncto[rum]
latino[rum] gloria assequabatur. Et ne forte nos pre-
nimio dolore lacrimis obortis, uix uera nodu[m] falsa
referre ualentes: factas ad uotum laudes nunc cele-
brare putaremur: quod laudationis genus graeci
panagiricon appellauerunt: omnium memoratam

Memoria poetar[um]

Recordatio historiar[um]

peritia ac imitatio
ueter[um] orato[rum]

Intelligentia philosopho[rum]

p[er] 700. annos litere
Graece ab Italia

panagiricon qd

Opera graeca q̄ Leo.
in latinū uertit.

doctrinarum sunt complura fidelia et aeterna testi-
monia breuiter referemus. Nam uarias aris-
tophanis, basili, Xenophontis, plutarchi, demosthe-
nis, platonis, aristotelis interpretationes suas
certa quaedam ac perpetua et utraque et latinæ
et graecæ ueræ monumenta extare nō igno-
ramus. Aristophanis .n. comediam: basili et
eptam: ac Xenophontis tyrannū: et has Plutarchi
uitas M. antonii: P. emilij: M. catonis: T. et .C.
gracchorū: Sertorij: Pyrrhi regis epirotarum:
Demosthenis libros singulos: eiusq̄ oronū libros
septem: praeterea platonis de immortalitate animi:
Gorgiam: Phaedrum: Apologiam: Critonē eptas
libros singulos. Aristotelis deniq̄ economicorū
libros duos: ethicorū decem: Politicorū libros octo:
ita e graeco in latinū conuertit: ut nulla proprie-
cloquentie ornamenta desiderare uideamus. Ex hu-
iusmodi uero poetarū historicorū oratorū ac phorum
traductionibus, maximus ei gratias agere maioret
et habere deberemus: nisi nimis ingrati essemus
partim quia ex sua praecipua ac singulari industria
diuina ueræ graecorū ingenia cognouimus cum
antea traducta nō essent: partim et quia haec
aristotelica uitio priorū interpretū corrupta
atq̄ deprauata: nunc primū latina effata fuisse
intelligimus. Aristoteles namq̄ philosophorū princeps
cogitationes suas cū singulari elegantia litteris
mandasse nequaquam in praesentiarum amplius ambi-
gimus. Quod et si a ueteribus et q̄d magis aucto-
ritatis uiris scriptum esse legerimus: nullo tñ

pacto pius credere poteramus. Quod si tot sue
ac tam elegantes et poetarum et historicorum et
oratorum et philosophorum denique interpretationes
ubique apud Latinos repiuntur cum propter exac-
tam quandam utriusque lingue cognitionem ple-
naque etiam illorum auctorum probe atque integre co-
gnovisse manifestum est: quoniam enim modo pe-
ritissimus utriusque litterarum interpretum sine certa
quandam eorum que interpretantis eruditione et
fideliter interpretari et eleganter convertere
queat: non sine intelligimus. Sed ne in his ipsis
quod luce clariora esse videremus: ut parumper
horere dubitare ne possitis: attendite queso ut
quanta et quam magna propriarum rerum monumenta
suo ut dicitur morte litteris mandaverit: recte
intelligere ac considerare valeatis. Scripsit enim
copulata sparsim de variis rebus et quidem egregia
carmina: que non dum morte preventus in volumi-
na redegerit. De militia in super: de interpretatione
recta: de laudibus florentine urbis: Laudatione
Johannis Arce: pro se ipso ad presides: vitam
Ciceronis: vitam Aristotelis: de studiis et litteris:
Hagocoron moralis phisice: et ne aliquod dicendi
genus ab eo intentatum relinqueret: contra hypo-
critas et in nebulonem maledicium libros singulos
pretipua quadam et admirabili elegantia con-
dixit atque absolvit. Composuit preterea expla-
nationum duos in economicorum Aristotelis libros.
dialogorum totidem: septem sunt libros octo.
Dixit autem denique de primo bello punico libros

Opera que Leonardus
Latine edidit

84. libros scripsit

tres. Comentarium rerum grecarum librum unum. De bello Italico adversus Gothos libros quattuor. De temporibus suis libros duos. Historiam florentini populi libros duodecim. Si itaque omnium commemoratorum librorum numerum referre se habemus: in quattuor super octingenta consistere deprehendemus. Cum igitur vir sapientissimus poetas, historicos oratores, philosophos cum grecorum tum latinorum ita interpretaretur ut proprias eorum sententias probe intelligeret: et ita imitaretur ut et carmina componeret: et annales et historias et commentaria conscriberet: et variis dicendi generibus omnium orationum complecteretur: et philosophorum dicta e greco in latinum mirabiliter converteret: utraque concessa dilucide expleret: quantum utrumque et huiusmodi magnis laudibus dignum est credimus. Sed cunctis translationibus, ceterisque eius scriptis pretermisissis: ad dignissimas quasdam oratorie facultatis atque historice suam laudem accedamus. Si omissis grecis scriptoribus ut nostris brevitate cum notati sumus. M. Cato: Fabius pistor: L. Piso: primo antiqui annalium conditores apud veteres romanos maiores nostros egregios quibusdam laudibus celebrabantur: quod annales sine ullis orationis ornamentis scriptitarent. Si deinde Crispus Salustius ob multiplices diversarum historiarum conscriptiones: Si C. et Cesar ex commentariis belli gallici, bellicoque civilis: Si Q. Curtius gestorum quoque magni alexandri scriptor: Si Iustinus insuper ex suo trogi pompei epitomate: Si preterea Suetonius tranquillius

- Comparatio Leonardi
ad veteres scriptores
M. Cato
Fabius pistor
L. Piso
Crispus Salustius
C. Cesar
Q. Curtius
Iustinus
Suetonius tranquillius

ex duoderim suoz clarum uitis: Postremo si T. T. Linius
Linius ex uarijs romanaz rez historijs ingēta ac
maximas laudes cōsensu omz nō īmerito repor-
tazunt. quoniam partim ex prijs historiay: ptim
uō ex cōmentarioz: partim et ex epitomatum
descriptionibz seorsum ab illis auctoribz editis mi-
zum ī moduz laudatos nō conspirmus: Quantis
nos laudibus illud nostrū latinoz decus ī hac doc-
toz homz penuria, nō natū: s; potius ab aliquo
deo factum annalium et cōmentarioz 2 histori-
arum scriptorem exornare et in celum tollere
debuerimus? Si insup. M. tullius nroz oratoz
princeps et caput: primas romane eloquentie
partes ex orationibus et ex ceteris eius scriptis
assequeretur: Quantū nos hoc nostraz Italiae de-
cus, nō solū eximium oratorem: s; etiam optimū
historicum cōmendabimus? Quoniam uō in
T. Linijs ac M. tullij metronem quasi inuicē com-
parantes incidimus: quoz alter romanaz his-
toriaz parens, alter aut latine eloquentie
princeps putabatur: ne hoc uobis admirabilia
et forte incredibilia uiderentur: pauca quæda
memoratu digna, trium tantoz uiroz prope-
modum comparandi gratia in mediū afferemus.
Linium multos uariarū historiay libz elegam-
tissime scripsisse cōcredimus: At hoc nūz p̄cipuum
romane eloquentie decus, p̄ter multiplices
historiaz libz elegantissime et aliarū rerum
suaz libz annales et cōmentaria ornantissime
cōposuist nō dubitamus. Cicero uō Arati poete

M. Tullius

Comparatio T. Linijs
M. Tullij: et
L. Arretini

caemina et Xenophontis phi economicū et duas
quoque illas nobilissimas duorum illorum eloquentissimorum
oratorum demosthenis et esthynis orationes inter
seque contrarias e greco in latinum conuertit.
Platonem uero et Aristotelem ceterorum tam grecorum
quam latinorum ut ita dixerim philosophorum capita forte ob-
seruitate eorum res que ab illis tractabant deteruit
nequidem conuertere ausus est. cum id magnopere
efficeret concupisceret ut ad latinorum cognitionem
diuina illa ingenia transferret: quod tamen non fecit.
net ei ne faceret (ut uerbis suis utitur) intedutum
putabat. Multa preterea in soluta oratione cum
in dialogis: tum in simplici sermone se ipso auctore
memorie mandauit. Nam multos egregios libros
et plures precipuas orationes: et duo illa preclara
optime suorum uolumina, mirabili profecto ac prope
incredibili elegantia composuit. At uero Leonardus
noster uir eloquentissimus non modo duas illas nobi-
lissimas orationes a. M. tullio antea conuersas et iam
pridem incuria maiorum nostrorum amissas ac deperditas:
sed et ut cetera leniora omittamus: plenasque demos-
thenis Xenophontis: quedam platonis et Aristo-
telis: multa elegantissime simul atque suauissime
traduxit: Complura insuper ciceronis more descripsit.
Nam et dialogos et orationes et epistolas in uno quoque
genere dicendi mirabiliter exornauit. Annales preterea
et historias ac commentaria generose admodum cum magna
uiuentium et posterorum utilitate composuit: quod Cicero
nullo unquam uite sue tempore fecisse uidetur. Et ne forte
malignas similitudines et inuidie latebras si maiores et digni-

oritur defuncto viro laudes tribuerimus non nobis quos oēs
ex tanti luminis extinctione altius fletus atque propa-
eularum conspiciunt: sed quibusdam absentibus moue-
remus ad quorum manus haec oratio nostra pervenerit: paulo
post finem dicendi faceremus: cum dignissimum tantae
commissionis officium expleverimus. Commemorati
enim huius inclite civitatis praesides qui omnia de domesti-
cis defuncti hominis moribus, et qualis in nostra re-p-
fuerit, et quantum in bonarum artium studiis usuerit:
superius enarrata, plane aperteque fama crebescere
cognoverant: ac veteres grecos romanosque maiores
nostros in omnibus clarissimorum virorum funeribus
imitari cuperent: tria nobis eorum collegis praeteritis
iniunxerunt. Ut primo hoc praclarissimi viri fun-
dignis quibusdam laudibus celebraremus. Ut deinde id
ipsum huiusmodi peregrinis plurimorum funeralium muneri-
bus multisque insignibus drapporum agminibus atque nobilis-
simo vexillo exornaremus: postremo ut veneranda
tanti uatis, oratoris, et historici tempora hac laurea
corona insigniremus. Ceterum nos unquam tibi cla-
rissimum Latinorum detur, satis quantum pro breuitate
temporis fieri licuit superiori oratione nostra ad di-
uturnam admirabilem uirtutum tuarum memoriam fe-
cisse existimamus et credimus. Secundum in praesentibus
agimus ut te excellentissime civitatis nostrae guber-
nator tantis ac tam ingentibus florentinorum donis
ad perennem quaedam tuorum in re-p- merito commemor-
ationem illustraremus. Quibus iam rite peractis:
reliquum est ut tempora tua eximie uates pristino
grecorum romanorumque more, hac laurea coronantur.

*Tria ad Leonardi
funeris honorem
publice demōstrata*

mortuus coronatur.

Antiq. imp. et poete. Sed ante q̄ ad ip̄m coronationis actum accedamus:
 Laurea coronari solit̄ antiquos imperatores: ueteresq̄ et nouos n̄ri per
 temporis poetas: primo Laurea coronari solitos: pau-
 cis ostendemus: Deinde quas ob causas Lauro potius
 q̄ olea, ut palma, ut edera, ut alijs quibusdam p̄petuo
 uirētibus frondibus coronarent̄: breuissime demō-
 strabimus: postremo hunc clarissimū uirum, et
 optimū historicū, et eximium oratorē, et egregiū
 poetam extitisse parumq̄ declarabimus. Militares
 coronas ceteris nobiliores octo circiter ex crebris
 ueterū auctōrū lectionibus fuisse accepim̄: quarum
 hec nomina ferebant̄. Obsidionalis: Ciuica: Mu-
 ralis: Castrens̄is: Naval̄is: Quasi triumphalis:
 et Triumphalis. Obsidionalis ē gramine ferebat. quā
 hi qui obsidione liberati erant, ei duri q̄ liberauerant
 propterea donabant: q̄ ibi gramen plerūq̄ gene-
 raretur ubi obsessi tenebantur. Hanc coronam
 gramineam senatus p̄tiusq̄ romanus. Q. Fabio maximo
 secundo bello punico nō immerito dederat: qm̄ urbē ro-
 mam obsidione hostium liberasset. Ciuica appella-
 batur quam cuius cuius a quo in prelio suatus erat:
 testem uite salutisq̄ percepte condebat. Ea ē fronde
 quercina uel iligera ob id efferebatur: q̄ uirtus anti-
 quissima ex quercubus atq̄ ilicibus capiebatur. Hanc co-
 rona ciuica. L. gellius uir consorsius in senatu ci-
 uicam consulom donari a re. p. consuit: q̄ eius
 opera, atrocissima illa catiline coniuratio detrita
 uindicta q̄ fuisse. Muralis corona ab impatore
 donabatur: q̄ quis primus murū subiensē uim: ī op-
 pedum hostium ascendisset. Castrens̄is dicebatur

Antiq. imp. et poete
 Laurea coronari solit̄
 Cur Lauro potius q̄ alijs
 p̄petuo uirētibus frondibus
 coronarent̄

Militares coronas
 octo.

Obsidionalis
 ex gramine

Ciuica
 quercina

Muralis
 ex muro

Castrens̄is
 ex muro

qua imperatores eos donabant qui primū pugnantēs
 hostilia castra ingredierent. et insigni ualli habebat.
 Naualis erat qua maritimo prelio donari solebant
 qui hostium naues ui armati transiissent. Ea quasi
 nauium rostris insignibant. atq; he tres ex auro fie-
 ri consueverunt. Quails mirtea habebat. illa ipa
 imperatores utebantur quandoquē ~~eo~~ ouādi grā
 in urbem reuertebant. Quare aut dicebant
 si quando uictores ut ex indignis bellis uel non
 cū iustis hostibus gressu domum remearet: aut
 quando hostile nomen humile et non idoneum:
 ut seruorum piratarūq; fuisset: aut de ditione
 repente facta in puluere ut dici solet: icruētaq;
 uictoria obuēisset: cui facilitati mirtum uene-
 ris frondem aptam et accommodatā esse nō
 iniuria putauerunt. quod nō martius: s; quasi
 uenerens quidam triumphus foret. ac p̄ hunc
 modum octavianus augustus post philippense:
 et rursus post siculum bellum bis ouans urbem
 ingressus est. Quasi triumphalis nūcupabatur
 oleagina. eaq; coronabant nō qui prelio interfu-
 issent: s; qui dignū aliquem pro absentibus impa-
 torib; triumphum procurassent. Triumphalis
 ex lauro fiebat. et qui ceteris oib; p̄ferre datur:
 solis duntaxat triumphaturis imperatoribus serua-
 batur. qui cū ex arripiti prelio, cruentaq; uic-
 toria, uictis superatisq; hostibus, in priam reuerte-
 rentur: triumphalibus curribus cunctis ornā-
 torū generibus predictis: ipi tamen iudeq; purpu-
 rei ac laurea coronati, per urbem uehebantur.

Naualis
ex auro

Quails
mirta

hee tres ex
auro.

Quasi triumphalis
oleagina

Triumphalis
ex lauro

ac victorie signū nō serus q̄ tēp̄ibz nris haberēt
extitisse cognouimus. Si signētis poetarū aureas
admouerim: hoc ip̄m luce clarius apparebit. Nam cū
neptunus et minerva (ut ī fabulis tradit) athēnas
cōdidissent, atq; de impositione nōis inter se cō-
tenderēt: dii p̄sentibz hys federibz conuenierunt:
ut qui terram p̄prio instrumento percussit, laudabiliorē
effertū ederet: et noue urbi nomen imponeret.
Cum itaq; neptunus terram tridāte percussisset
atq; equus belli omen repete p̄silisset: Minerva
autē hastam ī terram proiecit, oliuūq; paris arbore
p̄duxisset: minerva nōis, que gr̄ce athēne
dicitur: dii arbitris ciuitas appellata est. Si deinde
historijs adhererem: id ip̄m manifestissime dephēderem.

Athene unde, Se
cū dū, M. Varro.

Quippe i. M. Varro, viro rerū humanarū diuinarūq;
doctissimo de Cecrope athēnarū rege in hunc fere mo-
dum scriptū fuisse nouim. Eo. n. athēnis regnante
cuius tēporibz urbem cōditā eē dicit, atq; ambigere quo
nōis ciuitas appellaret: mox olea arbore alibi apparuisse
et alibi aquā erupisse scribit. Unde regē adeo p̄digia
ista mouerūt: ut ad apollinē delphicum sciscitatum
mitteret q̄dam agendum uideret. Legenti ab oraculo re-
uertentes, oleam minervā: undam neptunū significare:
in suaq; potate institutū eē retulerūt. ex cuius nōis duorū
deorū quorū illa signa apparuerant, ciuitas uocaretur.
Hoc regem audito, ciues ut usq; sexus in cōsiliū aduocatis
tradit, mol. n. tunc erūt ut femine publicis cō-
sultationibz interessent. Consultas uq; p̄ hunc modum
multitudinē: maris pro neptuno: feminas p̄ minervā
suā tulisse prōdit. Sed q̄ nūc feminarū maior q̄ marū

femine in publicis
consultationibus

quod ut clarius intelligere ac memoria mandare
possitis: pauca quedam mox triumphantium ex-
teris breuitatis causa pretermittis: exempla
referemus. Octavianus Augustus qui Iulio ce-
sari nunc a nobis parump omisso in imperio suc-
cessit: tres curules triumphos post duas illas con-
tiones suas: dalmaticum: attiacum: alexandrinum
continuo triduo mirandum spectaculum de more
laurea coronatus egisse legitur. Tiberius deinde
cum ei toto illiuro pdomito et in ditionem populi
romani redacto triumphus decerneretur: ac ipse ob
Q. Vari cladem qui sub idem fere tempus in germania
una cum tribus legionibus perierat: decretum sibi trium-
phum differre et triumphare maluisse: urbem
nihilominus pretextatus et laurea coronatus intra-
uit. Nero insuper e grecia per neapolim per annium
et albanum romam reuersus: eo curru quo augustus
olim triumphauerat ueste purpurea, clamideque
stellis aureis distincta ac olimpiata et laurea co-
rona capite redimito urbem ingreditur: cum prius
et triumphantis habitu ac laurea coronatus in ca-
pitolum ascendisset postquam Mitridatem armenie
regem romam uenientem quasi triumphaturus rece-
pisset. Sed ut quanti hęc laurea a ueteribus roma-
nis existimaretur planius cognoscere atque intelligere
uolentis: quid M. crasso quanti, et Iulio cesari
triumphanti contigerit quod diligenter auuertite.
M. enim crassus quando bello fugitiuorum gesto omnia
redibat: mirteam coronam conuentionibus legitime at-
tributam ita insolenter aspernat: ut senatus consultum

Nero triumphas.

Quanti ueteres Lau-
ream existimavit.



uno dicitur inuentus est. minorum eo certamine
superasse ac ppen suo grege noie sic ciuitate appellata
fuisse demonstrat. Si diuinis denique hinc, fidem?
nullatenus de eo ipso dubitare poterim. Nam ubi diluuij
aque a qbz uniuersum terrarum orbem ex sacrorum librorum
lectionibus inundatum fuisse intelleximus, parum cessare:
motuqz cacumina apparere ceperunt: culubam re-
silio quom mordicus, quasi diuinitus ageret: vnam
culum quendam uiridatis oliuae, i signum pacis
ac uictoriae protulit nequaquam dubitamus.
De palmarum arboribus ab aristotele & plutarcho scrip-
tum esse compim? ut qz magnis poderibus sup impo-
sitis premeretur: nunqz tñ cedere uiderent. Vnde
ppen ueteribus placuisse tradiderunt: ut palma etia
quoddam uictoriae signum ab oibz hretis: qm ea est
huiusmodi arboris natura: ut uigētibus opprimē-
tibusqz nō cederet. Et ne de neutro uelut de friuo-
lo atqz temerario quodam uictoriae signo suspicari
uideremur: utriusqz ab eadem militate quot annis re-
nouari intelligimus: qm dea palmarum ornantis ite-
te, iustis fidelibus ppty ppen exhibetur: ut simul de
dea ueteris, et de palmis noui testamenti: tamqz de
certis quibusdam eiusdem euidentibusqz pacis ac uicto-
riae signis inuicem commemorationibus admoniti: uere
atqz fideliter instruamur. Hedera uo a priscis illis
tantope colebatur: ut alexander rex macedonum ob
rege si se gustare magnitudinem cognomto magni
uirtis superatiseqz indis: exercitum suum uictorem, instar
parris, que i india p deo uenerabatur: huiusmodi
frondibus coronatum in priam traduxerit: cu tñ p sira

Cur palma dicatur
uictoriae signum

etia oleis, ac
palmis utitur

De hedera

Corona p̄sea

Vetustissimos poetas hederam coronari solitos
et quare

Cur postea Laurea loco
hederam postea coronari
ceperint

corona in honore persi atheni sui antea utebatur: qui
primus ex perside allatam apud egyptios, eam arborem
venisse tradit. Vetustissimos. n. poetas hederam seu quasi
quodam metis furoris percitos bacchantes: ac fau-
ris sativisq; finitimi habuerunt: seu qd eorum carmi-
na eternitate mererentur huiusmodi: semp uirentibus
frondibus coronari solitos ab idoneis auctoribus
scriptum fuisse legimus. At uo cu tractu temporis
oia bonorum artium qm uelut ab ipis ueterum doc-
trina inrunabilis rudia et inculta postea lima-
rentur: factum est ut postea hederis omissis, ne
bacchantium more insanire putarentur: Lauribus q;
ppituo uirentibus coronarentur: Quod ob tres dntaxit
causas a politioribus et cultioribus uiribus introductum
fuisse no iniuria existimamus et credimus ut ueteres
perpetuis lauroy potius q; ut oleay ut palmarum
uel hederay frondibus decorarentur. Primo ut
imperatoris deuictis superatisq; hostibus triumphan-
turos imitarentur: quasi ipi libidine segnitie q;
perdomitis tanq; acerrimis quibusdam humani
generis inimicis, no immerito triumpharent:
Deinde quia talem et tam ingentem famam ex
poematibus ab eo egregie confectis, se esse consecutos
fuisse arbitrabantur: ut ex huiusmodi Laureatione
eterno quodam gloriosissime uoris fameq; pronio
neminem ne Iouem quidem fulgoribus suis
tante ac tam celebrate glorie magnitudini of-
ficere posse palam omnibus significarent. Phisici
enim huius dntaxit arboris naturam esse sep-
tum reliquerunt: ut inter ceteras plantas, sola

Laurus sola a ful-
minibus no leditur.

a fulminibus non ledatur. ac sic semp obstantum
fuisse dicunt: ut omni quidem tempore, illa
inviolataq; permaneret. postremo quia uterq;
pertransum montem apollini dicatum, Lauribus
ut pote musis pgratissimis arboribus undique
affluere memoria prodiderunt: idcirco poetas
pervidum alumnos, civiliori ut ita dixerim mor-
taliu vita Laureis coronari reptos ac postea
semper hactenus servatum nostra quidem sententia
no iniuria arbitramur. Cuz igit de imperator
postarumq; laureis duab; ultime divisionis nre
partibus impertentur absoluerimus: restat ut hoc
nostre italie decus, no solum optimu historicu
et eximium oratorem: sed egregium et poetam
fuisse deinceps ostendamus. At no qm de historiis
annalib; et commentariis atq; de dialogis insup et ora-
tionib; et eptis multifariam ab eo elegantissimeq; con-
scriptis singillatim superius commemorasse memini-
mus ex quibus ipm et optimu historicu, et eximiu
oratozem extitisse: iure ambigere suspicari ut
no possumus: ea ipa repetere et crebrius auribus
nostris inculcare: supercaneum esse censemus.
Itaq; poetica paulo altius ab origine repetita: de
poetis pauca dicemus: ne forte hunc peregregium
diversar; rez scriptorem: in poetar; nno recelen-
dum fore suspicari mini. Mibi mecu ipi crebro dili-
genter et accurate de poetica cogitanti: poetar; bi-
farium extitisse videri solet. Veteres enim uno qd
modo ex proprijs ingenij viribus qd absq; ullis ut auz
paucis bonar; virtutum studijs ex interna quada metis

ostendit Leonardu fuisse
historicu oratore et
poetam

De poetis Didurg

Orpheus.
Hesiodus.

agitazione dorente natura agitatur et commouet
poetas bonos fieri tradidere. atq; huiusmodi tam deo
plenos interdum sacros, interdum diuinos, interdum uates
a prisca scriptoribus appellatos esse conspiciamus. Puta-
bant enim poetam bonum neminem existere posse ad qd
a democrito et platone in scriptis relictum esse dice-
bant sine inflammatione animorum et sine quodam
afflatu quasi furoris: cuiusmodi fuisse aiunt orphen,
sibillas, hesiodum, pauuinium, multosq; alios quorum
orphen ex nimia ac profecto admirabili lirt sua su-
auitate cicures et feras, saxaq; et siluas, mira elo-
qui dulcedine captas traxisse fertur. Sibillas uero
quasi furoras et deo plenas, ut pote diuinorum
uoluntatum particeps atq; consias: a consilijs deorū
enunciandis eolico quodam genere sermonis cogno-
minauerunt. Hesiodus autem pastor rudis et indoctus
a quoda castalijs fontis libata, ita ad summū poetarū eun-
xit: ut nobilissima dogmata sua a platone et aristo-
tele in medijs eorum utriusque philosophic naturalis
et moralis uoluntatibus magna cum ueneratione
uelut oracula sepe numero frequententur. Pa-
uinijs etiam tragedias suas nō leui ac remissis
animo scripsisse traditur. Alio quoq; modo homines
ex litterarum studijs atq; plurima litterarū eruditione
poetarum assequuntur. quales fuisse homerum, pindarū
euripidem, sophoclem, aristophanem, uirgilium, ovidiū
flaccum, stnetam, statium: omnesq; alios qui p studia
et disciplinas sine aliqua interna mentis agitatione
nonnulla poemata uel grecis uel latinis uersibus mō-
dauerunt. et ut planius quicqd summatim de facultate

De poetis Dignis

poetica dici possit: strictim et quasi per transennam
intelligentis non alienum visum est. Unde hoc sacrum
poeta nomen derivaretur: paucis absolvere.
Poeta nomen a quodam verbo greco derivatum
esse constat. quod latine facere significat. proin-
de poetam recte factorem latine interpretari possu-
mus. Sed quoniam inter cuncta humani generis
opera ea ceteris preferuntur. que a dignis
scriptoribus celebrantur. et quia inter illa etiam
quecumque versibus mandantur. alijs omnibus prepo-
nuntur: ideo cunctis omissis. illa sola poemata ap-
pellantur: que carminibus efferebantur. quasi
quorumque metrum canerentur: digniora esse cense-
rentur. et ea que in soluta oratione litteris tra-
derentur. Quocirca fragmenta versibus mandata
ut pote venerabili quodam. altiori que genere di-
cendi explicata ob excellentiam nominis. et ut greci
dicunt per antonomasiam poetam quasi sola essent
ea mortalium opera nuncupari consueverunt.
Poeta igitur veteris illis pretermisiss quos vete-
res proprijs nominibus vates appellabant: pin-
giori ut aiunt minerva omnes illi antiquus
habebantur: quicumque digna quaedam altaque fig-
menta egregijs carminibus prodidissent. Itaque
si quis poeta esse cuperet: quaedam egregia poe-
mata describat oportet. Quod si ita esset: et
moyses. et hieronimus. et job. et david. et Salomo
quorum carmina apud hebreos ex canonicis eorum
libris ab hominibus in illo sacro idiomate vel
mediocriter eruditjs hebraicis versibus dictata

poeta unde

David poeta sacer

cernuntur poete simplicibus cognominibus non cum
sacrorum carminum adiectionibus appellarentur
ut de david apud basilium vizum grecorum litte-
rarum peritissimum ac sanctissimum scriptum esse
legimus. quem quidem poetam sacrorum carmi-
num appellare non dubitavit. Eodemque modo de in-
uenco quodam hispano seduloque indicaretur quos
exametri versibus euangelia latine composuisse
constat. Similiter quoque de empedocle ac lucre-
tio censeretur: quorum alterum apud grecos: alter
vero apud nos de rerum naturalium causis carmi-
nibus scripsisse manifestum est. Quid igitur furiam?
nonne in hoc secundo poetarum numero Leonidu
nostrum iure ac merito collocabimus? Ita profecto.
primo namque magnam quandam grecorum et latinorum
literarum cognitionem mirabiliter adeptus est.
Varius deinde omnium penitus ingenuarum artium
eruditiones ingenue admodum comparavit. Histo-
rias quoque annales et commentaria uberrime
ornatissimeque composuit. et quod ad artem or-
atoriam spectare videtur: dialogos orationes et epi-
stolas elegantissime simul atque copiosissime tractavit.
proinde ipsum et optimum historicum, et eximium
oratorem fuisse: recte ac iure dubitare non possumus.
et quod maxime ad poeticam ipsam pertinere co-
gno scimus: ceterorum cum grecorum tum latinorum
poetarum singula quoque ita ad unguem interpre-
tabatur: quasi ipse propria eorum poemata co-
mentatus absolvisset. Unde si sua quoque paulo
diligentius atque accuratius animadverterimus:

egregium etiam poetam extitisse nequaquam ignora-
bimus. Est enim ut ait Cicerone finitimus oratori
poeta numeris astrictior paulo: uerborum autem
licentia liberior multis de ornandi generibus
fortius ac perit par. In hoc quidem certe prope
idem nullis ut terminis circumscribit aut diffinit
uis summi quo minus ei licent eadem facultate
et copia uagari qua uelit et non multo post in
eodem libro uerba haec posuit. Atque id primum in
poetis cerni licet quibus est proxima cum oratoribus
cognatio quae sint inter se Ennius, Pacuuius, Ac-
ciusque dissimiles quae apud Graecos Eschylus, Sophocles
Euripides. quaeque omnibus par perit licet in dissimili
scribendi genere tribuantur. Praeterea diuersa
multiplicaque commentus complura sparsim de uar-
ijs rebus carmina composuit. quae ut supra di-
ximus: non dum morte preuentus in uolumina re-
degerat. Unde ipsum poetam fuisse nequaquam dubi-
tare suspirariue possumus. Ob id uero quoniam optimus
historicus et eximius orator erat in eo poetae no-
men non tam celebre iure obscurari ac esse con-
fundi uidebatur. Quae admodum enim Homero
atque Ennio, Platoni quoque et Aristoteli oritur:
ut quaeque partim in hac facultate duendi: partim
uero in describendis annalibus plurimum ualu-
erant: Unusquisque tamen proprijs Maxime bonis
artium appellationibus censabatur: in quibus
singuli excelluisse dicebantur. haec ac proinde
tam dudum hactenus structum esse uidebatur
ut docti simul et indocti Homerum atque Ennium

accius poeta

Ennius
Homerus } poete

Plato
Aristoteles } philosophi

poetas: platonem vero et aristotelem philosophos
omissis ceteris denominationibus cognominaret.
Ita eodem prope modo Leonardo nro contigisse
conspicimus. Et si enim cuncta tam graecorum q̄
latinorum poetarum volumina euoluisset atque
omnia eleganter interpretaretur, et multa
insuper sua iurmina componeret: quoniam
tamen propria quaedam historici et oratoris co-
gnomina excellabant: idcirco poete nomen pa-
ulo obscurius in eo ut supra diximus obscurari
ac confundi uidebuntur. Quas ob res cum uene-
rationibus nostris clarissimi uiri, ut ad nos tandem
aliquando reuertamur: et de domestico defuncti
hominis moribus et qualis in nostra re. p. fuerit
et quomodo in liberalibus bonarum artium studiis atq; in
multiplicibus scriptorum suorum uoluminibus excelluerit
satis abunde ostenderimus: Ac etiam quemadmodum
imperatores atq; poete laurea coronari consueuerit:
et cur Lauribus quoq; potius q̄ oleis uel palmis
uel edevis alijsue quibusdam perpetuo uirentibus
frondibus de more coronarentur, plene et aperte
explicauimus: et hoc insuper nostrae Italiae detus:
et optimum historicum, et eximium oratorem et
egregium poetam extitisse hactenus demonstrauimus:
atq; ex prolixiori oratione q̄ ab initio putauimus
tanq̄ ex Longiuscula peregrinatione, et uelut
diuturno quodam post-limino diuina ope freti
demum in patriam reuertemur: Reliquum est
ut uobis ingentes gratias agamus, maiores etiam
habemus: quoniam cum singulari quadam et ac-

curata vix a nobis paulo uberius relatarū at-
tione: tum et ex nostris in quibus lacrimis hoc re-
leberimū fumus mirabiliter decorasti. quibus
quid brevitatis causa pretermisiss: postremo
ad ipm coronationis actum accedimus. Nos itaqz
ad te clarissimum Latinoꝝ iubar parup conuersi:
beata et felicia tempora tua ad perpetuū quoddam
et eternū admirabilis sapientie atqz incredibilis
eloquentie uiuentibus et posteris testimonium:
ex nostro senatusconsulto, hoc dignissimo Lauree
ornamento feliciter coronabimus. Quocirca ue-
nerandis memoratorū presidum nꝝꝝ mūdatis
ut par est parere atqz obtemperare cupientes:
hac te Laurea optime historie, eximie orator
egregie poeta ad perennē quandam et eternam
tūqz bonarū artium memoriam ac sempiternā
inextinguibilis prope glorie tue illustrationem: pu-
blico huius florentini populi nomine, frustis
omnibus in presentia coronamus. ut te
ternario florentinoꝝ poetarū numero, clau-
diani, Petrarche ac Colucij quos e nꝝꝝ hoibus
solos: dante et bocchagio pretermisiss, quoniam
alter exilio, alter nō paupertate oppressus, idiqz
lauri corona redimiri non potuerunt: iūdudū
per mille circiter annoꝝ curricula merito lau-
rentos fuisse constat: quantum fortunatissime
atqz eloquentissime Leonarde non immerito ad-
iungamus. Te inqz nuper in singulari quadam
dei et hominū gratia defunctum: te inqz serūduz
latine lingue doctus: de te deniqz preteripuum

coronatur Leon
hardus Mortuus

alij negat claudi
anū Petruseū

Dātes }
Boccius } Maxate


quendam romane eloquentie principem: cuius
quidem cadaver humana iam a nobis Laurea coro-
natum hic e regione iacere conspiciamus. nam
non e vinculis corporis relaxatum ac solutum ta-
m ex hoc caliginoso carcere atq; procelloso pe-
lago divina illa ut ita dixerim Laureola redi-
mitam in celum certum quoddam et eternum
bentoy spirituum receptaculum ob integritate
et sanctimoniam vite evolasse non iniuria exi-
stimus et credimus ut cum reliquis trium-
phantis ecclesie spiritibus evo sempiterno in-
perpetuis inebilationis perfuatur: quousque
ipse in nouissimo die resumpto corpore re-
uiuiscens atq; homo iterum factus postea dupli-
ci et humana ac divina Laurea coram omnipo-
tenti deo semper coronatus appareat. Vale
felix Laureatum utrarumq; litterarum et elo-
quentie decus. FINIS

Leonardus Arretinus diem clausit extre-
mum anno salutis Mcccc XLiii. die VIII.
Martij. Die aut XII. facta fuit honoran-
tia funeris eius.



Handwritten text from the adjacent page, partially visible on the left edge.





Apis frondit
 Aquila clangit
 Anguilla pipillat
 Asinus rudit
 Anser plingit al' cionat
 Apef bumbat ut bombalat
 Xinguit Epidat ut sibilat
 Bos mugit Bubo bubulat
 Cironia clorat. Cirada fectimit
 Canis latrat Colaba gemit. Catulus glatinat
 Ciconia cionat. Cuculus cuculat
 Cerynus cracit. Ciconia p'puz a' cozuy
 Cursus aquarum murmurat
 Equus fremitat ut hinnit
 Elefantus batit
 Ferrum stridet
 Gans gurgit al' gunit
 Gallus canit. Gzambul stringulat
 Gallina gurgit al' gracillat. Gzillus grillat
 Iundo miruit al' missat
 Iupus ululat
 Leo rugit 2 fremit
 Lemstra minurat
 Mirula frondit Mustella d'ndit. Mus' mentit
 Iulus lupit al' lupit
 Iulis balat panther' canit
 Iopulus stridet. Iazdul' h'fellit
 Ipano puplat. phitani' loget
 Iana rorpat
 Ius c'ramit
 Tuba clangit
 Vulpes gemit. Vespilio fudit
 Vultur puplat. Vtula ululat
 Turdus trincidat al' trufilat
 Turker gemit
 Tigris rorat
 Taurus mugit

Aboteles ad Alexandrum de homine

Andax ut Leo
 Timidus ut Lepus
 Longus ut Gallus
 Anaxus ut canis
 Durus 2 musteus ut cornus
 pius ut furtus
 Maliciosus ut Leena
 prunatus 2 domesticus ut columba
 Versipellis 2 dolosus ut vulpis
 Simplex 2 mitis ut agnus

148 Bl. + leere 1 Bl. 29 x 21 Bl. cm


restantia Nov. 11, Kr.



Apis frondit
 Aquila clangit
 Anguilla pipillat
 Asinus rudit
 Anser selingit al' aoniat
 Apef bumbat ut bombalat
 Xinguit Epidat ut libillat
 Bos mugit Bubo bubilat
 Ciconia clorizat Ciconia fulminat
 Canis latrat Colaba gemit
 Ceruus crucit Ciconia pipillat
 Cursus aquarum murmurat
 Equus fremitat ut hinnit
 Elefant batit
 Ferrum fridat
 Gans gurgit al' gunit
 Gallus canit Ozanul stringulat
 Gallina gurgit al' gracillat Ozellu
 Hundo miruit al' miffat
 Ipus ululat
 Leo rugit 2 fremit
 Lemstra minurat
 Mirula frondit Mustella dundit
 Iulus lupit al' lupit
 Quis balat panther canit
 Populus ferpet paxdul hifellit
 Rana rorpat i panno puplat
 Suis crouit
 Tuba clangit
 Vulpes gemit Vulpes gemit
 Vulpes sedit Vulpes puplat
 Turdus trinxidat al' truxilat
 Turtur gemit
 Taurus mugit

Aristoteles ad Alexandrum de homine

Andax ut Leo
 Timidus ut Lepus
 Languis ut gallus
 Anaxus ut canis
 Mustelus ut cornu
 Furtus
 osus ut Leona
 us 2 domesticus ut columba
 ellis 2 dolosus ut vulpis
 lex 2 mitis ut agnus



1 Lt 29 x 21 Lt cm

restantia Nov. 11, Kr.

149